

www.e-rara.ch

**Polyhistor symbolicus, electorum symbolorum & parabolarum
historicarum stromata, XII libris complectens**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae [Köln], 1623

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-5392>

Liber decimus. Plantae.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



PARABOLARVM HISTORICARVM

LIBER DECIMVS.

PLANTAE.

I. AGNVS, HERBA.

Simplicitas simulata.



ON longè à Cazanensibus Tartaris in quadam insulâ à grauissimis viris narratur semè quoddam inueniri non absimile peporum semini, paulò tamè maius, & rotundius, ex eoq̃ue in terram condito quiddam agno simillimum enasci; quinq; palmarum altitudine. Nam & caput, oculos, aures, cæteraq̃ue omnia in formam agni recens editi, pellem etiam subtilissimam habere, qua permulti his in locis ad subducenda capitum regmina vtantur: Tum quoque plantam illam, si tamen sic dicenda sit, carnem quidem nullam, attamen sanguinem habere: sed cænis loco materiam quandam Cancrorum carni persimilem: vngulas verò, non vt agni, carneas, sed pilis quibusdam ad cornu similitudinem vestitas: Radicem illi ad vmbilicum, ceu vestis medium esse: viuere autem tantisper donec depastis circum se herbis, radix ipsa pabuli inopia arefcit.

APPOD. Multi specie duntaxat, agni, rapacitate lupi.

Odericus
lib. I.

O. vi-

*O vita fallax abditos sensus geris,
Animisq; pulchram turpibus faciem induis!
Pudor impudentem celat; audacem quies,
Pietas nefandum.*

*Seneca in
Hippolyt.*

II. AMYGDALVM.

Virtus initio ardua.

DVABVS veluti tunicis, ita pelliculis vestita sunt amygdala: Prima quidem amara est; secunda, dura & aspera, quæ fructus in se iucundam completitur suauitatem.

A P. Hoc virtutis est symbolum, quæ Tyronibus nuper ex voluptatum contubernio seductis rigida videtur, & austera; mox labore quæsitâ mitescit, & suorum fructuum copiam facit.

ἐνὶ δὲ ἰν δὲ ἐπεὶ πέλαι.

III. ARBOR, ἀγνός.

Castitas.

PER MVLTAM Serpentinum fugam Nepeta irriguis gaudent locis, & Agnos faciunt, & longè lateque expellunt; In Atheniensium Thesmophorijs Atticæ mulieres Agni folijs cubilia substernunt, quòd & serpentibus sit infesta; & simul existimetur ab appetitione Veneris prohibere, vnde nomē traxisse videtur. Herba etiam Libanotis nuncupata serpentibus formidabilis est.

Ælian.lib.

9 cap. 6.

de Animal.

APÓDOSIS.

Agnos castitas, serpentes Diaboli. Cyprianus Tertullianum sequutus: *Pudicitia est honor corporum, ornamentum morum, sanctitas sexuum, vinculum pudoris, fors castitatis, pax domus, concordia caput. Hæc nos commendat Domino, connectit Christo: hæc expugnat omnia de membris illicita desideriorum prælia, pacem nostris corporibus inducit: beata ipsa & beatos efficiens apud quos habitare dignatur.* Hæc Cyprian.

Lib. de disci-

plina & bo-

no pudicit.

Gg

IV. AR.

IV. ARBOR ANTISTROPHOS.

Contraria ex eodem : vel Crucis lignum.

*De rebus in
hist. Sinar.
part. 4. c. 17.*

NON procul à Malacâ arbor est, cuius radices cū multæ sint, in varias dispersæ sunt partes. quæ enim ad orientem spectant, antidotum præbent aduersus venenum, quodlibet, febresque pellunt, aliasque ægritudines : at quæ vergunt ad occasum, ipsissimum venenum.

A P. Ex eodem fonte res omnino contrariæ sæpe proficiuntur. Commodè dici poterit de fatali ligno, per quod in fraudem, & exitium inducî sumus, & de ligno crucis, per quod ad vitam reuocati sumus. D. Gregor. Naz. orat. 25. *πρὸς τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐπαναχθίντες διὰ τὸ ξύλον τῆς ἀπειρίας.*

*Origen. de
Crucis po-
tentia.*

Origen. hom. 8. in locos diuersos : *Euangelium filij Dei humilitas est ; illius crux nostra victoria est, illius patibulum noster triumphus : gaudentes leuimus hoc signum in humeris nostris, victoriarum vexilla portemus ; cum demones viderint, contremiscunt. Qui aurata Capitolia non timent, crucem timent. Qui contemnunt sceptra regalia, & purpuram Cesarum, & dapes ; Christiani sordes, & ieiunia pertimescunt. Virga Moysis duplicem gerebat imaginem. Nam hostibus occurrebat ut serpens, mordens, & enecans ; Israelitis erat vice baculi, quo nitentur. Sic etiam verum lignum Crucis hostilium quidem spirituum nequitia mors est, animarum verò nostrarum baculus, tuta sedes, & vita, in qua conque-
scunt Macar. hom. 47.*

*Caroli Ducis
symbolum.*

In eodem argumento vnum subiungam. Carolus Rex Neapolitarum dux Calabriae habuit in insignibus rupem ferrâ scissam, in cuius cacumine est Crux, in summa cruce rosa cum symbolo,

In patientia suauitas.

V. ARBOR ἄτυφθ.

Martyres.

REPERITVR in orbe nouo arborū genus, quod cum adtritum nullos fumos emittit, quin potius suauiſſimum ſpargit odorem. Alia eſt cuius incifio guſtulam diſtillat balſamo odore perſimilem, cuius virtus eſt vulnera quæcunque curare, cicatriceſque proſuſ obducere.

Maidl. Dia-
log. 21.

AP O D. Martyres vſti, & ſecti nulla caligine ſunt obducti, ſed præſtantiffimos ſuæ virtutis odores in omnem terrarum orbem effuderunt. D. Chryſoſt.

ἄλλὰ φλογὸς πάντων πολιοριέσσης, καὶ τῶν σπινθήρων ὅτις ἔλκεισιν ἐπιπυδέντων καὶ θηρίῳ πανδύδριμύτερον λακνόντων τὰ δάμαλα καὶ ἀπὲρ ἀδραμάνηνοι ἦνευ, καὶ ἡ ἀλλοφίῳις ὄρωντες ἄλλο γινόμενα σώμασιν, οὕτω γενναίως καὶ ἡ προσηκούσης αὐτοῖς ἀνδρείας ἰδίῳ τῶν ἁθολογίας ἐπὶ αἰετοσάν ἑμιμάτων ἀπερίσρητοι διὰ πάντων λειῶν ἠδύοντες, καὶ τῶν ἰαυτῶν ἀνδρείαν καὶ τῶν δὲ χάριν λαμπρῶς ἰδίῳ λεινύμηνοι.

Sed flamma illos undique obsidente; ac scintillis in ulcera præſalientibus, & quavis fera crudelius vulnera vellicantibus, perinde quaſi eſſent adamantini, & in alienis iſta corporibus fieri cernerent, ita generoſe, ac cum ea qua illos decebat fortitudine in confessionis verbis conſtantiffime perſeuerabant, & in omnibus his malis diſtantes ſimul & animi ſui robur inuictum, & Dei gratiam egregie præ ſe ferebant.

Deinde eorum corpora comparat cum ſole.

ὡσπερ ἡνῶν ἀπίνων κροκοδάων τῶν ἑσάκων τῶ ἀίμα-
τῶ πανταχόθεν αὐτοῖς πᾶσι ρέοντων, καὶ ὁ σώμα αὐτῶν
καὶ αὐγαζόντων πολλῶ μᾶλλον ἢ ἑνὸν ὄρον ἢ ἡλιθ.

Dum veluti crocei quidam radij, rini ſanguinis undique illis diſfluere, eorumque corpus multo quam calidè Sol ipſe ſplendidius illuſtrarent.

VI ARBOR HISPANIOLÆ.

*Voluptas.**Hist. noui
mundi.*

IN Hispaniolâ insulâ arbor est, cuius fructus pyris muscatis persimilis, iucundo odore, esui quoque gratissimus, verum pestiferi succi; nam Indi illo sagittas oblinunt, veluti veneno.

A P O D. Voluptatis species iucunda, pessimi sunt effectus.

*Euripides à
pud Stob.
serm. 3.*

Βραχῆα τέρψις ἡδονῆς πικτεῖν λύπην.

Philo de mundi opificio p. 27. edit. Col. Allob. eandem per serpentem Paradisi terrestris μυθολογεῖ disertissimè philosophatus.

VII. ARBOR IMMORTALIS.

Verus Philosophus,

D. Gregorins Nazianzenus, qui refertur à S. Maximo de patientia, arborem quamdam esse ait in fabulis, quæ resecta pullulat, & cum ferro certat. Et si Poetarum, inquit, verba vsurpanda sunt, tantum abest vt moriatur, quin morte ipsa viuit, sectione germinat, ac decerpta succrescit. ἐστὶ πικρὰ τῶν μύθων φωνὴν ὁ δάλλει τεμνόμενον καὶ πρὸς σίδηρον ἀγωνίζεσθαι. καὶ εἰ δὲ ποιητῶν μνησθεὶς λόγου, θανάτω (ἢ καὶ ἑμῇ φύσει, καὶ ἀξίει) διαπανόμενον.

A P. Idem sic parabolam red'it: ἐμοὶ δὲ Διοῦ ἑσφῶς ἑοῦσθ' εἰνοῖσι πὸ φιλοσοφῶν, ὃς ἐδ' οὐ μὲν εἶ παδάσει, καὶ ὑλὴν ἀρετῆς ποιεῖται τὰ λυπηρὰ, καὶ εἰς ἐναντίους ἐγκλωπιεῖται. *Mihi verò videtur simile quidpiam esse viri Philosophus, qui infortunius illustratur, & molesta quæque in virtutis materiam transfundit, ipsisque aduersis venustatur. Hoc voluit Horatius cum scripsit:*

Od. 4. l. 4.

*Duris ut ilex tonsa bipennibus
Nigra feraci frondis in Alcido;*

Per

*Per damna, per cedes ab ipso
Ducit opes animumq; ferro.*

VIII. ARBOR INDICA.

Sat citò si sat bene.

THEOPHRASTVS refert arborem quandam *Theoph. de*
Ægyptiam fructum nullum ferre ante centum *caussis*
annos. Sic autem ille: τὰ νέα τῆς φυτῆς διὰ τὴν πλῆ- *Plant. 21.*
θος ὑγρότητος καὶ τὸ ὅλον ἰσότητος ὑφίκαρπᾶ. τὰ δ' αὖ
πάλιν ὡς ὀφίφορα πόρρω τῆς ἡλικίας ὄντα, καθάπερ δὲ ἐν
Αἰγύπτῳ λεγόμενον δένδρον ὃ ἐκαθὼς ἔτη μυθολογοῦσι
φέρην καὶ πόν.

AR. Periculosa est præpropere prudentia.

φρονεῖν κατ' οἰκίας οὐκ ἀσφαλείς.

*Sophocl. in
Oedipo.*

IX. ARBOR MEDVLLÆ FERREÆ.

Cruelitas.

FERRI vim, atque aciem habet arbor in Iaua in-
sula maiore. Interior enim medulla ferrea est, vir-
ga modo ab imo in summum verticem ductæ.

*Nicol. de
comit. 6.
Marc. Pol.
lib. 3. c. 16.*

APODOSIS

Pleraque ingenia adèd dura sunt, & stolidi, ut me-
dullas ferreas. aut, ut ait Sidonius Apollinaris, cor-
neas fibras habere videantur.

ἀπὸ δουρῶς, ἢ δ' ἀπὸ πέτρας.

ARBOR MVSA.

Litera sacra.

EX palmarum genere esse putant arborem illam,
quæ in Ægypto, Cyproque, & Syria prouenit,
quam qui illuc nauigant Musam appellant. Iudæi
arborem esse aiunt, cuius fructus Adamus comedir;
quod ego ridiculum esse arbitror. Ex ea circume-
minent fructus, parui cucumeris magnitudine, per

maturitatem quodammodo flavescentes ficuum in-
 stæ cortice conrecti: eodem quoque modo, quo fi-
 cus, spoliatur. Substantia pulpa melopeponibus si-
 milis, nullo intus osse, neq; femine. Ij principio gu-
 stantibus, insipidi esse quodammodo iudicatur, nec
 ita gustatui suaues: sed qui ijs vesci perseverant, ma-
 gis ac magis indies oblectantur, occulta quadam sa-
 poris suauitate ita allecti, vt numquam ijs saturari
 posse videantur. Huius meminit Auicenna.

Lib. 2. c. 84.

Ap Literæ sacræ primo aditu rudes, & insipidæ
 videntur imperitis, sed intus totæ sunt ex medulla,
 nihil habent ossis, nihil duri, & morosi, quinimo a-
 matores suos sine satietate oblectant, & solidè nu-
 triunt.

Ferrum mitescit ab auro.

*Variar. l. 2.
 epist. 4.*

Idcirco Cassiodorus ait, ab Orpheo & Musæo
 Elysios campos carminum suauitate oblectari: quod
 postremæ ætatis iucunditas in fructu eruditionis sit
 collocata. *Museum etiam* (inquit) *est artis Orphei fi-*
lium est natura, Maronis prepotens lingua concelebrat,
dicens apud inferos in summa beatitudine constitutum,
quod per Elysios campos felices animas septem chorda-
rum pulsibus amœnabat; significans summo pretio per-
frui, cui disciplina huius contigerit suauitatibus epulari,

XI. ARBOR THERÆ.

Intacta per æstus.

*Vide Herod.
 l. 4. p. 119.*

THERA Insula per annos septem pluuiam non est
 experta Ex quo in torridi cæli inclementia om-
 nibus plantis arefcentibus, vna incolumis remansit,
 & virides ramos explicans inter cæterarum incen-
 dia, gratissima iuuentute pubescere visa est.

APODOSIS.

Arboris instar fuit semper virentis Virgo
 Dei parens, inter æstus peccati illæsa. Nullam
 omnino

omnino labem admisit, quæ fuit, ut ait S. Methodius, ἀσπιλον ἐνδυμα τῷ ἀναβαλλομένου φῶς ἐς ἰμάτιον: *Intaminata vestis illius qui luce non secus ac pallio amictus est.*

Quòd autem hîc Thæræ arbori contigit, hoc in agro Elephantino vites, ficusque narrant experiri, quibus scilicet folia numquam decidunt. Theophrastus: πῶς καὶ ἐλεφαντίνην εἶδὲ τὰς ἀμπέλους οὐδέ τὰς συκῆς φασὶ φύλλοβολεῖν. Item in Creta insula in agro Cortynensi platanum apud fontem quemdam esse asseuerant, quæ numquam folia deperdit. *Quercus* quoque in agro Thurino est, Sybari perspicua, quæ numquam folia dimittit.

Elephantinus ager.
l. . de plantis.
Platanus
Creta &
Quercus
Thurina.
Idem l. I, II

XII. ARBOR VPSALÆ.

Æternum virens.

VPSALÆ dum gens adhuc infando idolorum cultu illigata teneretur, templum erat magnificentissimum, & auro egregie inductum: quod ut erat in ampla planitie situm, admirando sui fulgore venerandam religionis maiestatem accessuris ingenerabat. Adstabat eius foribus arbor ingens ignoti generis, patulis diffusa ramis, æstate & hyeme iuxta virens, etiam in plaga frigidissima. Huic fons proximus in locum sacrificiorum dulci scaturigine ebulliebat.

Olaus Magnus l. 3. 100.

APODOSIS.

Virgo inter peccati hyemes intacta: quomodo enim labem tulisset quæ (ut ait D. Augustinus) *quantum creatura conditio patitur lucis inaccessibili videtur unita?*

Ad Cather. l. 4.

XIII. ARBORES INDIÆ.

Per pronum cresce.

Humilitas.

OMNES ICRI TVS refert in Musicana terra Indiæ arbores quasdam inueniri, quarum rami cum ad duodenos cubitos creuerint, reliquum incrementum pronum faciant, deflexæ, quousque terram contingant, deinde terram subeant, ac radices agant veluti traduces, mox rursus in truncum exeant, à quo postquam auctæ fuerint, eodem modo flectantur, & aliam propaginem efficiant, rursusque aliam, & sic deinceps, vt ab vna arbore longum fiat umbraculum, tabernaculo multis columnis nitenti simile.

AP. Illa demum excelsa magnitudo est, quæ se per pronum dilatat: contra quod dixit Seneca ad Neronem, *Summa magnitudinis seruitus est, non posse fieri minorem.*

XIV. ARBORES LANIGERÆ.

Inolescunt mollia duris.

*lib. 1. mirac.
cap. 18.*

*lib. 4. de hist
plantarum,
cap. 9.*

SUNT ad Leuidam ciuitatem prope Hiericho arbores, quæ lanas gignunt: exhibent enim poma in modum cucurbitarum, testas in circuitu habentia præduras, intrinsecus autem plena sunt lanæ. Et de his ferunt ipsi Iesu Naue solere fieri indumenta: nam & ad aquas calidas eadem plantæ crescunt, in quibus Iosue lauare solebat. Huius generis lanas candore, & subtilitate admirabiles se vidisse narrat Gregorius Turonensis. *Δένδρων* quoque *ἐπιφώρων* meminit Theophrastus.

AP. Testæ præduræ quæ candidam & subtilem lanam

lanam tuentur, è qua tantus Heròs vestes petebat, significant illud toties inculcatum, per ardua virtutem niti ad solidæ quietis, & iucundissimi fructus voluptates.

Ordo fuit creuisse malis.

XV. ARBORES MELLIFERÆ.

Primis stat maior gratia pamis.

FREQVENS arbor in India, cuius meminit Q. Curtius, faciem quercus habet: eius folia multo melle tinguntur: sed nisi Solis ortum incolæ occupauerint, vel modico tempore succus extinguitur. *Curt. l. 6.*

A P O D O S I S

Talia sunt pleraque, vt in primordijs suavi quodam gratiæ aucupio blandiantur, statim autē emortua venustate deflorescant. Talis (inquam) esse solet in pueris nonnunquam prima ætatula, dulcis illa quidem, & festiuitatis lenocinio quodam commendanda. Mox vbi primis adolescentiæ facibus inardescere visa est, tota illa simplicis naturæ iucunditas extinguitur:

Fructumque expirat in umbras.

XVI. ARBORES SODOMÆ,

Vanitas rerum humanarum.

IN Sodomitico agro poma giguntur, quæ licet speciem maturitatis habeant, mandi tamen non possunt: nam fuliginem intrinsecus fauillaceam ambitus tantum eximæ cutis cohibet, quæ vel leui pressa tactu fumum exhalat, & fatiscit in vagum puluerem. *Solin. c. 36.*

A P O D O S I S.

Res opesque humanæ, his fructibus simillimæ, pompæ plurimum habent, cum nihil solidæ voluptatis

tatis habeant. de diuitiarum pompa, epist. 110. *vidistine quàm intra paucas horas ille ordo quamvis lentus dispositusque transferit: hoc totam vitam nostram occupabit, quod totum diem occupare non potuit? Et deinde: Hoc itaque ipsi mihi dico, quoties occurrit domus splendida, cohors culta seruorum, lectica formosis imposita calonibus: Quid miraris? quid stupes? pompa est: ostenduntur iste res non possidentur, & dum placent transeunt.*

XVII. ARBORES SOLIS

ET LVNÆ.

Sacerdotium & regnum.

EST in epistola Alexandri fabulosa (vt arbitrot) Nepotis mentio duarum arborum, quarum vna Arbor Solis, altera Lunæ nuncupabatur. Vtraque primo fideris sui afflatu percussa reddebat oracula: vtraque etiam in eclipsi Solis & Lunæ vberimis lactymis manare credebatur. Erant autem in medio luci collocatæ, cupressis frondium genere simillimæ, pedum ferme centenorum. Eas cum Alexander adijisset, perstricta radijs cognatorum fiderum vtriusque stirpis cacumina in voces & oracula resoluere, magno circumstantium amicorum stupore animaduertit.

APODOSIS.

Solis & Lunæ arbores haud fabulosæ sunt Ecclesiastici ciuilesque magistratus, qui suorum principum afflatu leges tum diuinas tum humanas interpretantur, quarum certè oraculis hic orbis terrarum administratur. Gelasius Papa Afer: *Duo sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter hic regitur mundus, auctoritas sacra Pontificum & regalis potestas* Et Iustinian. *μεγιστὰ τῶν ἐν ἀνδρώπολι βῆσι δῶρα τοῦ θεοῦ καὶ ἀναδεν διδομένη φιλανθρωπίας, ἐρωσούν τε καὶ βασιλεύουσιν.*

In Epist. ad Anast. Imp. in auth. p. 1. tit. 6. m. 6.

XVIII.

XVIII. ASPHODELVS SOLVVS
GIGONIAM PETRAM
mouet.

Regum potentia.

EST Asphodelus planta, quæ aliter appellari solet
Hasta regis, Gallicè *la Hache royalle*, id est scep-
trum regalæ; nam haste olim pro sceptris erant. vnde
Euripides in Hecuba dixit λαὸν εὐθύνειν ῥοπῆ, quod
est, sceptro moderari. In eodem genere est lapis regi-
ni, cuius meminit Ctesiphon 3. de plantis: λίθος κρυ-
σάλλω πρὸς πλῆθος ἀνθρώπων ἐς ἐμὸν, & regni
conciliator. Asphodelus autem solus Gigoniam pe-
tram mouet.

Hephæstio.

AN. Significat igitur emblema, Regum potentia &
imperijs duriores etiam animos flecti, & impelli ad
ea quæ miuimè facerent; nihil enim ad mouendum
in rebus humanis est hasta illa regia potentius. *Ille est
spiritus vitalis, quem tot millia trahunt, nihil ipsa per se
futura nisi onus, si mens illa imperij subtrahatur:* Sene-
ca. Animaduerte potro in caule haste regie, quæ re-
gum est symbolum, innasci vermem, qui in aliud ani-
mal alatum, & floridum mutatur: id quæ asphode-
lum populari, donec aliquid retinet vigoris. Vbi e-
nim exaruerit, tum demum vermis eo eroso euolat,
ἐν δὲ τῷ ἀνθρῆκῳ συνίσταται σκώληξ ὅς ἐστι ἄλλο μὲν βάλλ-
λειζῶν πηλὸν, ἀνθροειδὲς, καὶ ὅταν ἀνθρῆκος ἀύανδρῆ,
λιθοβίων ἐπιτεταῖ. Talis est plerumque principum
conditio. Homulos tenues, & contemptos, qui per
vermiculos significantur, habent in sinu & suis a-
lunt visceribus, postquam eos leuiculis assentationi-
bus ceperunt: interim illi alas assumunt, florent di-
uitijs, & honoribus, & postquam amplissimorum
virorum fortunas eroserunt, tum demum exili-
unt.

De Clem.

*Vermis as-
phodeli.*

Theophrast.

BAARAS. vide, '*Pisciculus maris Indici.*

XIX. BALSAMVM.

Circumcisio.

*Vide Theop.
l. 9. de hist.
Plant. c. 6.*

BALSAMI radix horrida, deformis, atque omnino inutilis: sed cum primum lapide incisi fuerint turgentes eius rami, mox suauissimum ac preciosissimum balsami stillat vnguentum.

AP. Hoc filijs Israel euenisse cognoscimus: cum primum lapide fuerunt circumcisi, mox Iosue audiuit Dominum dicentem: *Hodie abstuli opprobrium Ægypti à nobis.*

*Lib. 4. super
c. 50.*

Vide Villap. part. 2. c. 17. pag. 393.

Animaduersione hic dignum est quod habet Cyrillus, moriente Iosue atque sepulto, in eius sepulchro positos esse cultros lapideos quibus circumcidit filios Israel: vt significaretur quod legalis circumcisio sepulta & tanquam mortua per circumcisionem & mortem Christi: Et vt discamus circumcisionis spiritualis gratiam Saluatoris morti esse affixam, quæ circumcisio mortis atque interitus deiectio est, & nostræ sanctitatis initium.

XX. BALSAMA ARABIÆ.

Voluptas humana.

IN Arabia sunt balsami arbores, ea, qua myrti stirpes, magnitudine: folia illis qualia herba Amaro: ad eas cubilia figunt viperæ, vt quas non modò balsami liquor, sed ipsa fruticis vmbra delectat. Vbi legendi liquoris tempus fuerit, Arabes ligneolarum regularum complosione bestias fugant, occidere enim nefas putant: & si quem fortè momorderint, lethalis

thalis non est plaga: præstantissimi enim laticis odore veneni acerbitas mitescit. Pausanias in Bæoticis, p. 303. Meminit quoque Theophrastus & *de τόποις ποίπεφικιναι πινάβοτάνη εφ' η συνιαειτραξιόςος οφεις είναι μικρὰς σφάρα.*

lib 4. c. 6. de
Hist. Plant.

A P O D O S I S.

Mundi gaudia incerta & doloribus mixta. Seneca:
Quid quod gaudia quoque eorum trepida sunt: non enim solidis causis innituntur, sed eadem qua oriuntur vanitate turbantur. Quælia autem putes tempora esse, etiam ipsorum confessione misera, cum hac quoque quibus se at- *de breuitate*
tollunt, & supra hominem efferunt, parum sincera sint? Maxima quoque bona sollicita sunt: nec ulli fortuna minus bene quam optima creditur. Significat etiam nul- *vitæ. 17.*
lum adeo ferum ingenium quod bona institutione non mitigetur.

XXI. BASILISCVM.

Lenitas in subditis,

IUSTINIANVS Genuensis historiographus, præclarum habet lenitatis in subditos tale symbolum, Franciscus Marcio (inquit) iuriconsultus egregius, missus à Republ. Genuensi orator ad Ducem Mediolanensem, cum is nollet eum dimittere, nec pactis conuentis cum Genuensibus stare, captata occasione obrulit eidem Duci manipulum herbæ Ocymi: qui admirabundus quid sibi hoc demum veller, quæsiuit quid rei esset. Cui ille respondit, talem esse huiusmodi plantæ naturā, vt leniter, ac suaviter contrectata gratum odorem spiraret; nimis autem duriter compressa, & attrita, non solum omnem suauitatem perderet, sed etiam incunte tempore scorpions generaret: habere autem se ingenia Genuensium eodem planè modo. Dux hoc ingenioso admodum responso delectatus & sententiam pri-

lib. 6.

priorem mutavit, & legatum honorificè dimisit. Re-
tulit Camerarius inter symbola.

*Ap. Qui vult amari, languida regnet manu.
Lene fluit Nilus, sed cunctis amnis extat
Vtilior.*

XXII. CAPRIFICVS.

Temperantiv.

*Vide Plu-
tarch. Sym-
poslib. 2.*

CAPRIFICO ea vis est, vt lasciuientium tauro-
rum & quantum vis ferocientium naturam vs-
que ad eò compescat eorum collo circumdata, vt im-
mobile propemodum eos reddat.

Epist. 88.

*Ap. Incontinentiæ frēnum est temperantia. Senec.
Temperantia voluptatibus imperat, alias odit atque
abigit, alias dispensat, & ad sanum modum redigi, nec
vnaquam ad illas propter ipsas venit. Scit optimum esse
modum cupitorum, non quantum velis, sed quantum
debeas sumere.*

XXIII. CAPRIFICVS.

Inutilis sibi, alis vtilis.

CAPRIFICI ficus nuuquam maturefcit, sed ta-
men gignit culices. qui deuolantes ad veram fi-
cum, perfosso ficorum cortice, in maturitatem e-
ducant. Dicuntur propriè culices illi, cū arborem
stimulant, *ϕυλιζεν.*

*l. 2. de plan-
tis, cap. 12.*

*Ap. Tales sunt, inquit Plutarchus, qui cum ni-
hil ipsi queant egregium facere, aliquo pacto virtu-
tem aliorum stimulant. Meminit huius caprificandi
rationis Theophrastus his verbis: Διὸ καὶ ἐπιβάλλουσι
τὰς συκὰς. τὸ δὲ ποιοῦσιν ὅπως οἱ φύνοι οἱ ἐν τῷ ἐπιβάλλῳ
τῷ ἐπιπρῆμαίνοντων γενόμενοι διόγῳσι τὰ ἄλλα τὸ συκῆν.
Quapropter ficos caprificant: quod ea causa faciunt, vt
culices*

*culies parui, qui ex capricis appensis nascuntur, pomis
fici aperiant.*

XXIV. CEREVS SPINOSVS.

Virtutum gaudia vulnus habent.

CEREI spinosi portentosa penè elegancia est: op-
plerenim animum, & oculos spectantis, rarif-
sima: venustatis spectaculo: hastas surrigit quaternas
& quinas, nouemdecim & vicenùm cibitorum, vir- *Vide hist.*
gatis, & ad normam directis strijs cannulatas. In ex- *Ruell. plant.*
ternis striarum angulis obtusis totus collucet stellu- *lib. 18. c. 48.*
lis, corneis stylis radiatim è suo centro quoquouer-
sum minacibus: obductus est callosa carne & succo
aloes: flores in summo vestigio promit gratissimos,
& hilari purpura miniata ruber.

A P O D O S I S.

Qui fit vt tam excellentis pulchritudinis planta
cælum & stellas referens hastas surrigat, corneos sty-
los exerat, spinis vndique rigescat, succum etiam
amarum præferat; flores interim hac veluti armatu-
ra obuallat gratissimos, nisi vt ostendat χαλιόδεν
πρὸς Διδὸν ὁδόν. ferro & ære stratam ad cælum viam?
μεγάλη ἀδλιτὸ ὄστὶ δ' ἐριωδὲ καὶ νηῶν.

*Maximus
Tyrius.*

XXV. CHRYSOPOLE.

Doctrina sincera cultor.

IN Pactolo crescit herba, Chrysopole vulgò no-
minatur, cuius examine vicinarum vibium
incolæ purum aurum ab adulterino discernunt,
Nam ipso tempore, quo id constant, hanc herbam
admouere solent: cuius folia, si adulteratum non
sit aurum, inaurantur; quòd si corruptum sit, in-
sangi se non patiuntur. ἐὰν μὲν ἀνὴρ δεινὸν χρυσαίον ᾖ, τὰ
φύλλα

Φύλλα χρυσοῦνται· ἐὰν δὲ ἐφθαρμένον ὑπάρχει, πῶς ἄλλοτε
 ἔμψυχον ὑγρασίαν ἀποπύει.

A P. Recte cadet emblemata in sinceram Catholici mentem, quæ nihil adulterinæ doctrinæ hauserit

Purè que illimis honore.

XXVI. CITHARA HERBA.

Non omnis moriar.

CLITONYMVS libro tertio rerum Tragicarum refert nasci in Pangæo herbam hac de causa. Illæ quæ Orpheum discerpserunt Bacchantes eius membra in fluuium Hebrum proiecerunt: & caput quidem cessit in draconem; * lyra autem inter astra relata est. At ex cruore stillante orta est herba Cithara, quæ dum Bacchi sacrificia peraguntur, citharæ sonum emittit.

A P. Fabulosa hæc historia inuenitur in Plutarchi iunioris libello de fluminibus, qui istis portentis scateret. Rectè significabis in emblemate doctorum viro- rum gloriam & monumenta nunquam intermori.

*Non omnis moriar, multa que pars mei
 Vitabit Libitinam.*

XXVII. CORIANDRYM.

Verbum Dei.

TRADUNT Coriandri naturam penitus semini respondere, aded vt si succidatur, etiam Coriandri semina vim suam amittat, vt sementi idoneum amplius non existat. Huiusmodi verbum est Dei, cuius omnis particula ad terræ cultum natura apta est, si mandetur commoda & bonæ terræ, id est animæ. Est porro album etiam; Lumen enim verbum est, idque splendidum, ac proinde quoque album ipsum intel-

* ἢ δὲ λύρα
 καὶ χρυσοῦν-
 χθι.
 alj, statum
 non muta-
 uit. *Legen-
 dum existi-
 mo.*
 καὶ χρυσοῦν-
 χθι.
 Horat. od.
 28. l. 3. carm.

quoque album ipsum intelligenti ab eòque nutrito. Est item saxi simile: contortum, etenim est, & neutiquam flaccidum, neque fluxum, verum saxum: cœleste quippe verbū est, ac nobis cœlestia promittit. Non dixit verò, *verum etiam in omni verbo*: verum, *sive etiam*: tanquam si dixisset, non in hoc quo putatis solo, verum in hoc. Manifestum est autem, quod manna ex ore proficiscens, verbum erat. Nam commune habet aliquid manna, quo docemur, non solo panē hominem viuere, cum Dei verbo, quo viuimus.

*Pr copius in
Deuterō.*

XXVIII. CUPRESSVS BLATTAS
NON SVSTINET.

Mortis memoria salutifera.

CUPRESSVS feralis arbor, & mortuorum sepulchris destinata, blattas & tineas non sustinet atque ideo apud veteres simulachra ex hac potissimum materia fiebant ad perpetuitatem. *Plin.*

A P. Mortis memoria vitiorum blattas, quæ animū corrodunt, extinguit. *Opus est ergo, vt sibi homo quotidiano actu provideat, & procuret conuersionem. Opus est vt tota vita nostra talis sit in conuersione, vt liberi mereamur esse in fine: incessabiliter diem transitus nostri, & tempus iudicij cogitantes.*

XXIX. CUPRESSVS VE-
SPASIANI.

Fortuna in melius mutata.

ARBOR cupressus altitudine conspicua in Vespasiani agro auito sine vlla vi tempestatis euulsa radicibus repentē procidit, ac insequenti die viridior, atque firmior eodem vestigio resurrexit.

*Suet. in
Vesp. cap. 3.*

Hh

Ap.

AP. Symbolum est afflictæ paulisper fortunæ, quæ statim in altam, & excitatam transit. Sublime struitur quicquid ab infimo surgit.

Martial.
epigr. lib. 6.

*Nunc & damna iuuant, sunt ipsa pericula tanti:
Stantia non poterant tecta probare Deos.*

XXX. CYNOSBATVS.

Humilitas.

*Ælian. de
Animal. 14.
cap. 27.*

CYNOSBATVS per diem inter cæteras herbas, à quibus ne minimum quidem differt, dilitescit, nec vlllo modo agnoscitur. Nocte verò stellæ instar lucens, & igneo splendore coruscans faciliè in conspectum venit.

AP. Humilis, Cynosbatus est, dies vita, nox mors, lux gloria post mortem: humiles in vita obscuri, post mortem gloria circumfluunt.

*Silius
Italic. l. 3.*

*Cunctis fiat terminus aui,
Extremùmque diem primus tulit: ire per ora
Nomen in aeternum paucis mens ignea donat,
Quos pater atherijs caelestium destinat oris.*

XXXI. DODECATHEOS.

Sacramentorum vis.

*Plin. lib. 25.
cap. 4.*

MAXIMA auctoritas herbæ est, quam Dodecatheon vocant omnium deorū maiestatem commendantes. In aqua potam omnibus morbis mederi existimant: folia eius septem lactucis simillima exeunt è lutea radice:

*l. 4. epist. ad
Magnum:*

AP. Vis diuinæ Ecclesiæ quasi Dodecatheo illi admirabili indita, non per septem foliorum species, sed per totidem sacramenta se effundit, atque omnibus animorum morbis salutarem facit medicinam. D. Cyprianus. *Totum credentibus conferunt diuina compendia* (inquit) *de sacramentis.*

XXXII. FICVS.

Promissis leuibus abstinendum.

FICVS non floret, nec vlla se speciosa ornamento. *Vide. Plin. lib. 16. c. 35.*
torum luxurie ostentat, sed tamen dulcissimos fructus parit.

ΑΡ. πράττει μεγάλα μὴ ὑπὸ γνούμενος μεγάλα.

Magna noli promittere, sed facere. Pythagoras. In eodem argumento est quod narrat Theophrastus de vite, quæ cum nulla folia emisisset, & nulla perinde esset racemorum expectatio, miti tamen fructu sine vlla foliorum luxurie germinauit. Similiter oliua, cum ei frondes omnes decussæ essent, fructificauit: καὶ ἀμπελῶ ἀνευ φύλλων ὡν καρπὸν ἤνεγκιν· ἐλαία μὲν φύλλα ἀπέβαλε, ἔν δὲ καὶ καρπὸν ἐξήνεγκιν.

lib. 2. de plantis, c. 4.

XXXIII. FOENVM GRÆCVM.

Aduersa augent virtutem.

FOENVM Græcum scarificatione seritur, non *Pl. l. 18. c. 16.*
altiore quatuor digitorum sulco; quantumque peius tractatur, tanto prouenit melius.

ΑΡΟΔΟΣΙΣ. Viri sancti dum aduersis conflictantur, surgunt viuidius; ἀρετὴν δὲ αὐξίαν ποιεῖ καὶ δάλλειν ὡς λιμνικὸς φόβου φύσις. Nihil tam virtutem crescere facit & germinare, quantum continui timoris natura. D. Gregor. *Sanctorum mentes eternitatis premia prestolantes vires ex aduersitatibus sumunt: Quia crescente pugna gloriosorem sibi non ambigunt manere victoriam, & electorum desideria dum premuntur aduersitate, proficiunt sicut ignis flatu pimitur, ut crescat, & vnde quasi extingui cernitur, inde roboratur.* *26. Moral.*

XXXIV. GRANADILLA.

NOBILIS est inter plantas Granadilla, flos Christi patientis insignibus impressus cuius meminit Rouillius. In hunc memini me ita lusisse:

*In hist. plāt.
peregr.*

*Ite procul blandi Veneris ludibria flores,
Quos parit in risum luxuriosus ager.
Alius una suos tollit Granadilla dolores,
Et fert congesti pondera tota Dei.
Tortilis hic nodis, & adunco milite surgit,
Regis apex Domini, gloria mixta malis.
Hic crux, hic clavi Christi pretiosa supellex
Pauperis, hic rubris vulnera picta notis.
O dilecta Deo, cui coelum nectare sudat,
Et vigil intactas Flora tuetur opes.
Quis tanta in paruo lusit miracula flore?
Necripe sua hic pinxit se Deus ipse manu.*

XXXV. HELENIVM.

Amor impurus, rixarum semen.

*Ptol. Heph.
li. 4.*

HELENIVM herba est, ab Helena sic dicta, quæ rixas prouocat: *ἡ δὲ πλεῖστος Ἀρῶν ὑφ' ἧς φησὶς, ἀφ' ἧς ἐσωπλεῖ ἀπὸ ἧς ἐν Ἑλένη, καὶ ὡς οἱ φαρόντες αὐτῆς πάντως ἐῖς ἔριν καὶ δίσσασθαι.* Ea è quercu ad quam se Helena suspendit, dicitur emerfisse:

A P O D O S I S.

Quid mirum si ex Helenæ cineribus rixarum herba dicitur emerfisse? quid aliud habet amor impurus quo ipsa deflagrauit, quàm querimonias, iurgia, rixas, furores, bella, cruorem?

*ἐπιπλεῖν δὲ ἀδύνατος ὑπὸ φρένας δὲ ὡσεὶ δύσλα
μισοῦσι, ἀσθμαίνεις δὲ πύρρις δριμύτων ὀμίχλην,
παφλάων ὀδύνησι καὶ ἀκρίβοις μαρίαισι.
δάρυ δὲ βί προβαλεῖν λαρόν γάνθον, ἢ δὲ ἰσακοῦσαι
βύσσον δὲ οἰμωγῆν, ἀπλάχνοισ δὲ ὑπὸ δερμὸν ἔριθον
φρι-*

Φαινίξαι, χρωτὸς δὲ πρὸς ἴσον ἀνδρῶ ἀμείρσαι,
 ὄσσε τε κοιλῆνοι, πρὸς τε φρένα πάσασιν ἀήραι
 μαινομένην πολλὰς δὲ καὶ ἐς μόρον ἐξικύλισαι
 λύσασιν ἄγων, βίαις δὲ ἀγάλλαι ἐλαπίνοισιν.

*Illabens improvisus, sub pectus instar procella misceris
 spirasque ignis acutam vim, æstuans doloribus & mis-
 cellaneis furoribus. Lachrymas verò tibi emittere profu-
 sum gaudium est, exaudire ex imo eiulatum. sub visceri-
 bus calidum ruborem purpurare, & cutis mutatum flo-
 rem abolere, oculosque canare, mentemque totam euerte-
 re furentem. Quin multos in mortem prouoluisti, qui-
 buscumque procellosus & ferus occurristi rabiem afferens.
 talibus lataris epulis.*

Oppian.

XXXVI. HECATONCEPHALOS.

Amoris conciliatrix virtus.

PORTENTOSVM est, inquit Plinius, quod de hac
 herba traditur. Radicem eius alterius sexus simi-
 litudinem referre. raram inuentu, sed si viris contige-
 rit, amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem Lesbium dile-
 ctum à Sappho.

Pl. nat. hist.
22. c. 8.

A P O D O S I S.

Non longè querenda Hecatoncephalos. vis ama-
 ri virtute & comitate potes. Nihil enim ad amorem
 potentius, quàm virtus humanitate còdita. Vel cer-
 tè si vis amari, ama.

Magnes amoris amor.

XXXVII. HERBA SABINA.

Eucharistia typus.

HERBA Sabina apud Gallos Druidas primæ fu-
 it venerationis. Legitur sine ferro, dextra
 manu, per tunicam qua sinistra exiit velut à fu-
 rante,

Hh ;

rante, candida veste vestito, puris, lotis, nudisque pedibus, sacro facto priusquam legatur pane vino que. Fertur in mappa noua. hanc contra omnem perniciem habendam prodidere Druidæ Gallorum, & contra omnia oculorum vitia fumum eius prodesse.

APODOSIS

Eucharistia instar herbæ Sabinæ morbis animi presentissimum remedium: eadem non vi, sed amoris suauitate, piè, pure, & castè suscipienda in illo Angelorum epulo & cœlestis mensæ delitiis, quas nobis Christus comparauit. Origenes : ἀρθὺς ἐστὶν ὁ θεὸς γενομένος ἀγιὸν πνεῦμα, ἀγίαζον τὸν μὲν ὕμνος προοδισίως ἀυτὸς χρωμένους. *Panes comedimus, corpus factos, corpus sanctum, & sanctificans eos qui cum sincera sui admotione eo uiuuntur.*

*Aduersus
Cels. l. 8.*

XXXVIII. HERBA VIVA.

Virtus.

*Maiol. col-
loq. 20.* Ipsa semper uiuit, nullo vnquam frigore, vel feruore læditur, nulla ariditate vincitur, nulla humectatione superatur; semper eadem, eodem semper vigore; nec loci angustia constringitur, nec diuisa minuitur, nec auulsa commoritur Ipsa in se radices humectans seruat, vbilibet vel ardentissimo loco radices figit, augetur, dilatatur, siue in opaco sit, siue in aprico, verè congrueque hoc digna nomine Semperuiua.

Sene. ep. 66.

Ap. Typus veræ virtutis. *Quemadmodum maiora lumina claritas solis obscurat; sic dolores, molestias, iniurias, virtus magnitudine sua elidit atque opprimit; & quocumque affulsit, ibi quicquid sine illa apparet extinguitur. nec magis ullam portionem habent incommoda cum in virtutem inciderint quàm in mare nimbus.*

XXXVIII. HERBA VIVA.

Cassitas intacta.

AD E O mira est huius plantulæ natura, vt eam humana ratio assequi nequeat: nam cum maximè viret, gratissima est aspectu: si quis illam apprehendere cupiat, illico fila contrahit, atque sub tenues ramulos recondit: si vero apprehendat. subito, ad eò marcida conspicitur, vt emortua virtute contabescere videatur: sed quod maiori admiratione dignum est, si manum retrahat, ad pristinum nitorem redit.

*Vide hist. pl.
Ruell. l. 18, c.
143.*

AP O D *Nescit contagia terra.* Cum herba viva congruit smaragdus typus virginitatis, qui ad eò impatiens est venereæ consuetudinis, vt insignis smaragdus Regina Hungaricæ, cum ipsa marito consuefceret, memoretur in tres particulas concisus atque contractus.

*Alb. Magn.
& Ruell. l. 3
de Gemmis.*

XXXIX. HORTI TANTALI.

Vanitas rerum humanarum.

TANTALI hortos viademiare: Τάνταλον κήπους
τρυγῶν.

*Stat lusus vacuo gutture Tantalus,
Impendet capiti plurima noxio
Phineis auibus preda fugacior.
Hinc illinc grauidis frondibus incubat
Incuruata suis foetibus, ac tremens
Alludit patulis arbor hiatibus.
Hæc quamuis auibus, nec patiens mora,
Deceptus toties funere negligit,
Obliquatque oculos, oraque comprimit,
Inclusisque famem dentibus alligat:
Sed tunc diuitias omne nemus suas
Demittit propius, pomaque desuper*

*Phil. in Sop.
l. 1. in Iseo
& in Athe.
Noti sunt
horti Tan-
tali ex Sen.
in Thyeste,
Choro 1.*

Hh 4

Inscel.

*Insultant folijs mitia languidis,
 Accendunt que famem, qua iubet irritas
 Exercere manus: has ubi protulit,
 Et falli libuit, totus in arduum
 Autumnus rapitur, sylvaque mobilis.
 Instat deinde sitis non leuior fame,
 Qua cum percaluit sanguis, & igneis
 Exarsit facibus, stat miser obuios
 Fluctus ore petens, quos profugus latex
 Auertit sterili deficiens vado,
 Conantemque sequi deserit: hic bibix
 Altum de rapido gurgite puluerem.*

APQDOSIS.

Tantalii hortos vindemiare idem est ac corporis
 voluptates consecrari. Iſæus Sophista interrogatus
 quis optimus piscium alituumue inter obsonia foret;
 πικτεῦμαι, inquit, τῶν ἀποὺ δάλων. συνήκει γὰρ τοῦ
 Ταντάλου κήπουσιν Ἰγῶν ἐν δεικνύμεν ὁ δὲ πρὸς τὸ
 ἔρω
 μῶν τῶν ὀπιθιῶν καὶ ἀνείρατα καὶ ἴδιον καὶ πάσαι. Desy,
 inquit, ista studere: intellexi enim me Tantalii hortos
 vindemiare: significans utique amasio, quod umbra es-
 sent & somnia omnes que appellantur voluptates. Aliter

Epist. II. ad
 Basilium,

Greg. dixit Ταντάλων ζῶν de arumnoſa & meticuloſa,
 διὰ ὑπερτίλλου πέναν.

XLI. IRIDIS FRUCTVS.

Pœnitentia.

TURTURES inter amuleta & præſidia varia, quæ
 sibi quæque eligunt animantes, Iridis fructum
 habent.

Æl. l. I. c. 35.

AP. Iris est pœnitentia; nam ut illa vnguentis &
 medicina nascitur, quod ait Plinius, ita & hæc pec-
 catorum remedijs. Turtures verò sunt gemebundi
 peccatores.

Pœnitet ambigùe, quem sero pœnitet: ergo

Præ-

*Præsentis spatium nobis dum creditur aui,
Dum patulam cunctis Christi clementia sese
Præbet, præterita plangamus crimina vitæ.*

*Alcimus
Auitus, l. 5.*

XLII. LAVREA OESTRIS
INIMICA.

Doctrina asseauum medicina.

OESTRO boues infestari, & vehementius furia-
ri notum est omnibus at quomodo huic incom-
modo rustici occurrerent, non ita est vulgatum. Nar-
rat Sotio laureas decisas, & in aqua decoctas parari: *Sotio auctor*
mox aspergine agrum qui ab Asilis obsideri solet, *rei rustic.*
perfundi: tum animalcula quidem illa *ἀλὰ ἀυπά-* *in Geop.*
δειόν fugere.

AP. Laurus Apollini sacra symbolum est doctri-
næ, cuius præsidio vehementes & immoderati so-
piuntur affectus. *φάρμακον ἔρωτος Μοῦσαι.*

*Veridicis igitur purgavit pectora dictis,
Et finem statuit capedinis atque timoris*

*Lucretius
lib. 6.*

XLIII. LAVRVS CYZICI.

Dulcis gloria.

FICUS in lauro Cyzici nata est ante obsidio-
nem. *Plin. lib. 17.
cap. 25.*

AP. Ficus in lauro suauitatem significat in gloria.
Est enim laurus triumphantium arbor, & victoria-
rum comes perpetua: ficus verò sapore dulcissima
est. Quò fit, vt si gloriam illustrem simul & suauem
velis significare, hac icone possis exprimere.

Mercès mihi gloria detur.

*Mamurius
apud Ouid.
3. Fast.*

*ὃ μὴ ἀργύριον ὄσι κοινὸν πάντων ἀνδρῶν καὶ ἡμῶν
ὃ δὲ γὰλόν καὶ πρὸς ἔπαινον καὶ πᾶν ἀνῆκον, δειῶν
καὶ πρὸ ἑδίσσας βίβας πεφικότεν ἀνδρῶν ὄσι. Ait
quippe nullum esse excelsum quem dulcedo glo-*

Hh 5

ria

tia non capiat. Nam pecunia communis est omnium hominum possessio: quod autem honestum est, & cum laude coniunctum, Deorum, vel proxime ad Deos accedentium virorum, est bonum. Idcirco Phryne famæ appetentissima meretrix, Thebanorum muros se excitaturam promisit, si ea apponeretur ædificio inscriptio:

Ἀλέξανδρος κατέσχευεν, ἀνέσχεο δὲ Φρύνη ἢ ἑταίρα.
Alexander diruit, Phryne meretrix adificauit:

XLIII. LEVCOION.

Pudicitia honos.

DERCYLLVS tertio de Montibus fingit Myenum castissimum adolescentem, Hippolyti fato, à nouerca de stupro interpellatum, cumq; renuisset, apud patrem nefariè accusatum, voluntaria morte eius furorem anteuertisse, deorumque prouidentia pudici iuuenis nomen monti inditum, in quo crescit Alba Viola, quæ impudicæ nouercæ pronuntiato nomine statim marcescit, quasi ipsius Myeni honoribus velificaretur. γεννάει ἐν αὐτῷ λευκοῖον ἀνδρῶν, ὁ μικρὸν οὖν ὀνομασθεῖσιν μαραινέει.

APODOSIS

In Castitatis laudem nascuntur flores: virginibus ipsis in cælo singulari nota tribuantur, vt canit Honorius Fortunatus:

Per Parad. siacas epulas sua, vota canentes,

Ista legit violas, carpit & illa rosas.

Prætorum gemmas ac lilia pollice rumpunt,

Et quod odoratum est flore comante metunt.

Tanti est mansisse pudicum.

XLV. LEUCOPHYLLVS,

Castitatis typus & luxuria.

C T E S I P P V S secundo rerum Scythicarum ꝛ post eum Plutarchus iunior in Phaside, hæc de Leucophyllo scribunt. Nascitur in hoc fluuio virga Leucophyllus, quæ dum celebrantur Hecates mysteria, inuenitur circa diluculum ad diuinum Panis afflatum sub ipsum veris initium. Quam postquam zelotypi homines collegerunt, circa virginalem thalamum spargunt: καὶ ἀνέδυστον τῆρεσίον γάμον, vt spuria proles expertem thorum conferuent. Quod si quis impurus amoris violentia insolentiùs accesserit, alienatur à mente, & statim confitetur coram omnibus, quæcumque illegitima aut fecit, aut facturus erat. Qui verò astant, hominem corripunt, & insutum culeo in *souilon*, impiorum voraginem quandam impellunt, quæ proiectum corpus, post triginta dies in Mæotidem paludem eructat, vermibus vndique refertum. Vultures verò derepentè apparentes iacens cadauer discerpunt. Hæc illi portentorum scriptores, quæ ad castitatis emblemata exornanda facere poterunt.

A P. Est enim dos matronarum optima castitas, de qua præclarè hæc Heroïna apud Plautum in Amphitryone:

*Non ego illam mihi dotem duco esse quæ dos dicitur.
Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum cupidinem,
Deum metum, parentum amorem, & cognatum
concordiam.*

XLVI. LIGNVM PAREBVM.

Eloquentia humana.

L I G N V M Parebum oleæ magnitudine in regijs duntaxat hortis reperitur, neque florem vllum, neque fructum producit: omnia ad se rapit, aurum, argen-

Orat. 3.

argentum, æs, lapides, aues, agnos, boues, præter electrum. Ctesias apud Phot. p 59 eius verba sunt: καὶ ξύλον ὅσι πάρινον καλούμενον, ὃ μέγιστον ὄν ἐλαϊα, ἐν ὅτι βασιλείοις μόνον εὐρίσκεται ἡπίοις· οὐτε ἄνδρ' ὄφειρεν· οὐτε καρπὸν· πάντ' ἔλκει πρὸς ἑαυτὸν, χρυσοῦν, ἄργυρον, χαλκόν, λίθους, πλὴν ἡλέκτρον.

ΑΡΟΔ. Humanæ eloquentiæ vis per omnia graffantis ostenditur: folijs quidem verborum abundat, flore & fructu virtutis destituta: nescio qua tamen vi in hominum sensus irrepit, influit, perlabitur: ad se non modò vulgus quod per iumenta & lapides significatur, sed diuites, doctos, simplices, quos aurum & aues, & equi designant, illectat. Contra electrum, quod est diuinitatis symbolum, nihil potest. nam cœlesti sapientia mortalis eloquentiæ præstigia deluduntur, & hebescunt. Theodoretus: οἱ ἀλιμπνοὶ βλοκισμοὶ τοῦ Αἴλιου καὶ ἀλιμπνοῦ συλλογισμοῦ: Solœcisimi piscatoris Atticos syllogismos deuicere.

XLVII. LILIA INTER CARDVOS.

Virtus floret aduersis.

Ex libell. de
ordinib. mi-
ſtaribus.

LVDONICEVS secundus Dux Borbonius recens ex Africa, in quam exercitum contra Barbaros duxerat, equitum è Carduo Beatæ Mariæ ordinem instituit, cuius torquis erat aureus ex lilij contextus, interſtinctus equalibus interuallis Cardui folijs, è quibus crux pendebat cum hoc lemmate, SPES.

A P O D O S I S.

Hoc emblemate Dux significare voluit inter aduersæ fortunæ asperitates virtutis integrum decus emergere.

Crescit de vulnere virtus.

Plin. in Pa-
rag Traian. Mavis cœliq; temperiem turbines, tempestatēq; commendant. Habet has vices conditio mortalium, ut aduersa ex secundis, ex aduersis secunda nascantur. Occultas
viro.

verorumque semina Deus, & plerumque bonorum malorumq; causa sub diuersa specie latent.

XLVIII. LUPINVM.

Pietas.

LUPINVM primum omnium cum sole circumagitur quotidie, horasque agricolis etiam nubilo demonstrat: ter floret, terram amat, terraque operiri non vult. *Plin. natur. hist. l. 18. c. 13*

APOD. Magna pij viri cum Deo, quem perpetuo intuetur, affinitas; inde floret egregijs virtutibus, & sic in terra est, vt terræ contagione non obruatur; pedibus duntaxat terram tangentibus, *D. Chrysof. homil. 3. de hens. Dei natura.*

XLIX. MALVM PERSICVM.

Loci mutatio utilis.

PERSICVM malum in Perside veneni fungitur vice (vt aiunt) eaque de causa in Italiam transfusum, vt noceret. mutato solo, naturam mutauit, & salubre repertum est.

Pomis qua barbara Persis

Miserat, vt fama est patriis armata venenis,

At nunc expositi paruo discrimine lethi,

Ambrosios prebent succos oblita nocendi.

Columella.

APOD. Cadit in hominem vitiosum, qui cum cælo mores mutauerit, quamquam sepius

Cælum, non animum mutant qui trans mare currunt.

Theophrastus, hanc loci differentiam plurimū momenti afferre in plantis ostendit his verbis: *Lib. 3. de plantis, c. 5.*

ἡ διαφορά πρὸς κερπὸν ἢ ἀκχερίαν ἢ τῶν τόπων φύσις. Quod his exemplis confirmat. Persica in Ægypto & locis proximis fructificat, quamquam in Rhodo vique florem duntaxat deuenit Palma apud Babylo- nem fructum mirificè largitur; in Græcia autem ne fructum quidem maturat.

L. MA-

L. MALVS PVNICA ET VITIS FRV-
GIFERA RADICE.*Vana gloria fuga.*

Plin. lib. 16. **I**NVENIMVS vitem & malum Punicam stirpe
o. 25. fructum tulisse, non palmite, aut ramis.

A P. Hoc viri boni & humiles faciunt, qui fru-
ctus, hoc est opera iustitiæ occultant, cauentque
maximè, ne emanent in publicum; quo fit, ut tu-
tior sit virtus, & minùs insidijs dæmonum ob-
noxia, qui ad explicatas merces vno agmine pro-
siliunt.

*Vino tibi, & longè nomina magna fugè.**Vine tibi quantumque potes pralustria vita:**Suum pralustri fulmen ab arce venit.*

LI. OLIVA BYZANTINA.

*Intacta per ignes.**Lib. 2.*

SOSTRATVS Byzantinus apud Achillem Ta-
tium, refert lucum Byzantij fuisse, & in eo oliuam,
quam stupendo prodigio, dicitur imber igneus fec-
cundasse. Ἐκ χωρίων ἱερῶν ἐν πόλει βόλῃ ἐλαίαν μὲν ἀνα-
δάλλει παῖδοις ἕως κλάδοις. περὶ τεύχεϊ δὲ σὺν αὐτῇ
ἔπυρ, καὶ ἀνάπτεται τὰς πύργους ποδὸν τῶν φλόγα
ἢ δὲ τῶ πυρὸς αἰθάλην ἔφυτὸν γιωργεῖ. In eodem fer-
mè argumento est quod habet Pausanias in Atticis,
Oliuam Mineruæ, incensa à Persis vrbe conflagras-
se, eodemque die in duum cubitum proceritatem
germinasse.

A P O D O S I S.

Rectè Virginis puritatem Oliua Byzantina signi-
ficabit: Attica autem quæ ex ipso damno compen-
dia quæsiuit, fortitudinem inuictam, quæ ex ipsis ad-
uersis suæ laudis & gloriæ capit argumentum. Ter-
tullianus ad Martyres: *Negotiatio est aliquid amitte-
re ut maiora lucreris.* Et præclare Rutilius:

Adver-

*Aduersis solenne tuis sperare secunda,
Exemplo caeli ditia damna subis.
Astrorum flamma renouant occasibus ortus,
Lunam finire cernis vt incipiat.*

LII. PALMA.

Virtus.

PALMA (vt aiunt) salsum solum diligit, à fimo aliena est. *Annot. ex Theoph.*

A P: Virtus sale sapientiae condita, non patitur se vitiorum sordibus inquinari. *Ruill. de natura stirpium l. 1. c.*

Intaminatis fulget honoribus.

118.

Quod autem hîc de palma dicitur, disertè Theophrastus explicat, φιλέει δὲ χώραν ἀμυλώδη λίθου καὶ ὄπε μὴ βραχύτη τυγχάνει, ποδὶ πατῶσιν ἄλας οἱ γεωργοί. *Cap 8. l. 2. de hist.*

Solum arenosum salfuginosumque concupiscit: idcirco vbi tale non sit, agricolæ salem aspergunt. *planiarum.*

LIII. PALMA.

Sanctorum vita.

PALMAE caudex interior tenuis est, & corticis scabritie, perplexitateque visu minimè iucundus; superior verò pars visenda, tum trunci, tum ramorum amplitudine, amœnaque pulchritudine viriditatis expanditur.

A P. Ita sanctorum conditio prima facie contemptibilis, ad mirificam gloriæ pulchritudinem exurgit.

Noli ἀχαιὸς ἐν πύργῳ κρῖναι.

S. Paulinus pauperes, & contemptos spe futuræ gloriæ consolatur his verbis: *De Celso puero.*

Iamq; expediti, sarcinis egentibus,

Laxate vinculis pedes:

Vt copiosa luce vestiamini,

Estote nudi saeculo.

LIV.

LIV. PALMA AVGVSTI.

Victoria sine labore.

AVGVSTVS palmam inter iuncturas lapidum enatam ante domum suam, in compluuium Dædorum Penatium transtulit, utque coalesceret, magnopere curauit. Hoc sæpe factum narrat Plinius Romæ in Capitolio in capite bis bello Persei enata, simili modo Trallibus in basi Cæsaris dictatoris.

AP. Salmacida spolia significantur sine sudore & sanguine. Tale est illud quod Timoleonti accidisse narrat Plutarchus, cui coronæ victoriolis pro more ornata prætereunti spõte in caput defluerunt.

LV. PALMA PERSEI.

Victoris illustris & facilis.

Plin. lib. 17. cap. 25. **R**OMÆ in Capitolio, in capite bis bello Persei enata palma victoriam, triumphosque portendit. Simili modo palma Trallibus in basi Cæsaris dictatoris, circa bella ciuilia eius.

AP. Palma sponte domi nata gloriam insignem eandemque facilem significat. Nam ea quæ magna facilitate cuique contingunt, domi nasci dicuntur. *Aurum tibi domi nascitur.* Quod autem palma perpetuum sit victoriæ insigne, testantur & illi versus Claudiani:

*4. ad Herennium.**De laudibus Stiliconis.**Cum totis exurgens ardua pennis,**Ipsa Duci sacras victoria panderet ades,**Et palma viridi gaudens & amicta tropæis.*

LVI. PALMA RANIS OBSESSA.

Inuidia Virtuti comes.

PLVTARCHVS in libello de Oraculorum silentio, perhibet inter templi cuiusdam à Cypselo consecrati donaria extitisse palmam æneam, ad cu-

ad cuius radices insculptæ visebantur plurimæ ranæ,
& natrixes, quos hydros nominant.

A P O D. Virtus maledicorum infestis clamoribus
laccessita, eos ex eminenti loco deridet, ad cœlum
velut palma luxuriosâ ramorū propagine assurgens.

Conscia mens recti fama mendacia ridet.

LVII. PALMA SYAGROS AVT

M A R G A R I S .

Amicitia inuiolabilis.

I N Meridiano orbe præcipuam nobilitatem obti-
nent palmæ Syagri, proximamque Margarides. Ea
candidæ, rotundæ, acinis quàm balanis similiores. *Plin. lib. 13.*
Quare & nomen à margaritis accepere. Vna earum *cap. 4.*
arbor in Chorâ esse traditur, vna & Syagrorum. Mi-
rumque de eâ accepimus cum Phœnice aue, quæ pu-
tatur ex huius palmæ argumento nomen accepisse,
iterum mori, ac renasci ex seipsâ.

A P. Amicitia singularis typus est, quæ amicis v-
nam pariter vitam, vnam quoque mortem indulget.
Sic omnia cum Christo mortuo emori videbantur,
cum eodem resurgente reuiuiscunt. Sic literæ sine
pietate, iustitia, sine religione interit: vno enim om-
nes charitatis vinculo, & archissima quadam cogna-
tione continentur.

T E S T A N T E V I R E B O .

LVIII. PALMÆ SVBVERSIO.

Pudicitia subuersa.

P A L M A in Persei capite enata tempestatibus pro-
strata est, & eodem loco ficus enata, M. Messalæ,
C. Cassij lustro, à quo tempore pudicitiam subuer-
sam Piso grauis auctor prodit. *Plin. lib. 17.*
cap. 25.

A P. Tum demum laborat pudor & pudicitia,
Ii cum

cùm attrito virtutis robore deliciarum mollities pe-
ctus inuasit. Luxu & infana voluptatis dulcedine vi-
cta Roma est, quæ nullis viribus frangi poterat.

Iuuenal.

———— *Sauor armis*

Luxuria incubuit. Et Petronius in Sat.
Hac veluti tabes imis concepta medullis
Intra membra furens curis latrantibus errat.
Arma placent superis, detritaq; commoda luxu
Vulneribus reparantur.

LIX. PERSEIA, ἢ Περσεΐα.

Pietas vel magnanimitas.

In Eliac. lib.
p. 161.

In Isid. 8
Osir. p. 674
Lib. 4. c. 2.

ARBOR Perseia sola Nili aqua gaudet. Pausan.
Eius fructus cordis speciem refert, linguæ foliū.
Idcirco dicata est Isidi, & monentur huius oracu-
lum adituri, vt sanctè sentiant, & modestè loquan-
tur. Plurarch. Describitur autem Perseia pleniùs à
Theophrasto.

APODOSIS.

Perseia arbor, generosa mens: Nilus fluuiorum
omnium maximus, & pulcherrimus, honor optimus
est, & egregij animi pabulum. Vel certè Perseia ty-
pus viri egregia sanctitate, qui pectore, & lingua
totus in diuinas laudes prædicandas effunditur, &
torrente rerum cœlestium ebrius, sola Dei con-
templatione quasi proprio pabulo alitur, & fœcun-
datur.

Boet. l. 4.
m. I.

Aeris immensi superat globum,
Nube q; post tergum videt:
Quiq; agili motu calet atheris
Transcendit ignis verticem,
Donec in astriferas surgat domos,
Phœbiq; contingat vias.

LX. PHRIXA.

Improborum osor.

PHRIXA herba μιθρόνηϑ, rutæ similis, in an- *Agathon*
tro Boreæ prouenit, collectaque niue frigidior *Samius* &
est. At verò in improbas, & alienæ vitæ pudicitia- *Plut. in Ta-*
que insidiatores, ita fertur excandescere, vt flammæ *nâi.*
edat : συλλεγομένη δ' ἔστι ψυχρότερα χιόνι. ὅταν δὲ
πυρὶ ἐκ μηδ' ἄλλ' ἐπιβλήῃ γίνῃται, φλόγας ἀνάδιδωσιν.

A P. Homines leni alioqui & placido ingenio, in
scelera improborum atque flagitia, pietatis ardore
vehementius commoueri solent.

LXI. PLATANVS XERXIS.

*Amor stultus verum creatarum. Vel, Diuitia
indignis collata.*

RIDICVLVS profectò Xerxes ille est, quòd quum
mari terrisque Iouis operibus posthabitis, noua *Ælian. lib.*
itinerà, & insolitam nauigationem sibi parasset, fer- *2 cap. 14.*
uiuit Platano, & arborem coluit. In Lydia igitur, vt
aiunt, cum vidisset proceram platanum, diem soli-
dum ad eandem exegit nulla postulante necessitate,
& castra posuit in solitudine circa platanum; sed &
multiplicem, ac preciosum ornatum ex ea suspendit,
torquibus, armillisque ramos veneratus, & curato-
rem ei reliquit quasi custodem, & propugnatorem
amasiæ.

A P. Icon humanæ stultitiæ; homines ad maxi-
ma nati, & facti à Deo, vilissimarum rerum amore
cogitationes inquinant suas; ea enim amant, quæ
redamare non possunt, & singularibus ornamentis
afficiunt, quæ ab omni ornamento aliena sunt. Ea-
dem diuitias indignis hominibus collatas significat:
quid enim arbori cum torquibus, & armillis, & hu-
iusmodi Persicæ gloriæ choragio?

Pœnam, Phaëton, pro munere poscis.

LXII. PLATANI THEMISTOCLIS.

Ingratitudo erga amplissimos viros.

TΑῖς πλατάνοις ἀπέκεινεν αὐτὸν αἰς ὑποπέχουσι χιμαζόμηνοι· εὐνομήνους δὲ ἐνδίας πλάνοι παρερχόμενοι, καὶ λοιδοροῦσι. Comparabat se cum platanis, ad quos ingruente pluuiâ confugiunt, mox serenitate redditâ, viatores vellicant, & insectantur.

A P. Platanus, vir amplissimus; tempestas, calamitas; serenitas, prosperitas; vellicatio platani, vexatio viri, de quo bene meriti sumus.

Ἐρέφαι βῆς λυκιδῆς, Ἐρέφαι κύναι ὡς τε φάγοντι.

LXIII. POMVM CACHI.

Vnitas præstans.

EST in prouincia Malabar arbor, cui incolæ nomen indidere, Cachi, siue Cicara: vnicum quottannis fert pomum: illud non à ramis, vt poma reliqua, sed à stipite; estque aded immensum, vt vnicū oneret quamuis roburum hominem. Continet autem pini more intra se fructus 300. distinctis pelliculis; sunt singuli nostrorum pomorum magnitudine. Rursumque intra illos continentur & alij, quales in echino castaneæ.

AP D O D. Non multitudine res, sed præstantiâ æstimandæ.

LXIV. POMA NARSETIS.

Beatitudinis pignora.

*Side Baron.
ad annum
Iustini iu-
nioris II.*

NARSES ille Eunuchus, qui Totilam Gothorum Regem Martio vigore & spiritu planè ingentem debellauit, æstuarix fortunæ iactatus inconstantia, postquam Iustinus gubernacula cepit imperij, Italiæ præfectura spoliatus, etiam probris a Sophia Iustini vxore ita concisus est, vt pensis lanæ trahendis

hendis affigi iuberetur. Ille dicto exasperatus, se Iustino & Sophiæ eam telam orsurum dixit quam minimè possent dissoluere. Continud Longobardos à regionis suæ squallore ad fertiles Italiæ campos inuitat, præmissis qui lectissima ex eodem solo poma ferrent; quorum specie delectati Longobardi, & ex eadem opimam terræ fœcunditatem conijcientes, in Italiam magno & horribili exercitu inundarunt.

A P. Hæc figura accommodari potest in eos, qui ad futura beatitudinis spes, & bona æstimanda, per rerum creaturarum species alliciuntur à Deo.

Quæq; latent, meliora putæ.

LXV. POPVLVS ALBA AD VSVM }

SACRORVM.

Pietas.

EX alba duntaxat populo, neque ex alia arbore ad *Passan. in* vsum Olympicorum factorum ligna cædi apud *Eliacis. l. 1.* Eleos receptum erat.

p. 161.

A P. Candida oportet esse pectora, & ab omni labe defæcata, quæ diuini amoris faces exceptura sunt, & Deo viuo arsura in holocaustum suauissimi odoris. Deo enim placemus *Ἰσίδ. Pelusio* *τῆς ἑλλάδος.*

Isid. Pelusio
ta ep. 214.

LXVI. PVLEGIVM.

Fortitudo.

PVLEGIVM hyeme floret, rigente vbique frigore. Cicero lib. 1. de diuinatione: *Nam & masculorum iecuscula brumâ dicuntur augeti, & pulegium aridum florescere, ipso brumali die.* Theophrastus multas enumerat arbores semper virescentes, quas ipse *ἀειφύλλους* nominat.

Lib. 3. de historia plantarum, c. 4.

A P O D. Fortitudo imminentibus periculis ornamenta defendit virtutum omnium, & in expiali pralio

D. Ambros. *aduersus omnia vitia decernit: inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus voluptates dura aduersus illecebras.*
 lib. 1. offic. cap. 39.

LXVII. PYRAGNVS EX METHODIO.

Puritas intacta.

IN Olympo monte Lyciæ ignis sponte sua in montis cacumine ex imo terræ enascens, iuxta quem stirps, Pyragnus nomine, existit, ad eò florida, virens & opaca, vt è fonte potius nata videatur. Methodius apud Photium: πῦρ αὐθιμάτως καὶ πῶ ἀκρωρείου ὄρουσιν ἀνάτωθεν ἐκ τῆς γῆς ἀναδιδόμενον πρὸς τὸ πύραγνον φυτόν ὄσιν, οὕτω μὲν ἐνδοαίς καὶ χλοερὸν, οὕτω δὲ οὐσίον, ὡς ὑπὸ πηγῆς μᾶλλον βιβλασκηίνας.

APOD. Virgo extra peccati originalis labem, quæ in cæteros homines grassata est, sola intacta permansit.

Inexpugnabile mundi Presidium.

LXVIII. RHODODAPHNE.

Scriptura sacra.

Plin. lib. 15. cap. 20. HERBA dicta Sabina, alijs Rhododaphne, sempiterna fronde, rosæ similitudine, caulibus fruticosa, iumentis caprisque, & ouibus venenum est; eadem homini contra serpentum venena remedio.

Epist. ad Volusianum. APOD. Sacrarum literarum prudentibus viris lectio perutilis; contra imprudentibus qui abundant in suo sensu, valde periculosa. D. August. *Modus ipse discendi quo sacra scriptura contextitur, quamuis omnibus accessibilis, paucissimis tamen penetrabilis. Nā quæ aperta continet, ea quasi amicus familiaris sine fine ad cor loquitur indoctorum atque doctorum: ea verò quæ in mysteriis occultat, nec eloquio ipso superbo erigit, quò non audeat accedere mens tardiuscula & incrudita quasi pauper ad diuitem.*

LXIX.

LXIX. RORARIA.

Virtus.

RORARIA quæ vulgo appellatur, planta est: quantumvis ætate ardentissimis Solis radijs sit exposita, nunquam tamen folia ipsius, caua instar pusilli cochlearis, roxido quodam humore destitui ferunt, eorumque languinem admodum tenellam guttulis quibusdam pelucidis semper madere: vnde etiam nomen sortita est, vt Rorem Solis, ac Rorariam veteres nuncuparint.

Vide hist. Plan. Rouil.

AP. Virtus instar Rorariæ inter æstus, & incendia miseriarum, diuinæ gratiæ rose affluens germinat, & numquam contabescit.

Æternum vivens,

LXX. RVEI APOLOGVS.

Humilitas.

CONCILIVM inierunt arbores, quo se ab hominum iniurijs, quibus vndique appeterentur, expedirent. Et Cedrus quidem, quæ vt cæteris dignitate, ita & consilio præstare videbatur, prima sententiam dixit: Sæuire vt plurimum homines in ligna securibus, quas ligneis manubrijs muniunt quò aptius feriant. Itaque è re esse arborum, vt ligna denegarent hominibus, quæ ipsis in perniciem arborum conuertent. Multis vltro citroque in eandem sententiam iactatis, surgit humilis Rubus, &, Nolite, inquit, arbores, nolite in tantam altitudinem excrecere; eritis, mihi credite, ab hominum iniurijs tutiores.

AP. Humilitas sola est, quæ tutos homines à dæmonum insidijs, omniumque malorum incurfibus præstare solet.

Placet in vulnus maxima ceruix.

LXXI. SCOPÆ FLORENTE S.

Humilium personarum proeectio ad honores.

Anim. l. 28. **R**EPENTINO olim prodigio scopæ torere sunt visæ, quibus nobilitatis curia mundatur. Idq; portendebat extollendos quosdam depicatifsimæ sortis ad gradus potestatum excelsos.

APODOSIS.

De his Iuuenal. agitans Græcuos sui temporis:

Satyr. 3.

*Quondam hi cornicines & municipalis arena
Perpetui comites, notaq; per oppida bucca,
Munera nunc edunt, & verso pollice vulgi
Quemlibet occidunt populariter: inde reuersi
Conducunt foricas, & cur non omnia? cum sint
Quales ex humili magna ad fastigia rerum
Extollit quoties voluit fortuna iocari.*

LXXII. SERTA COROLLA-

R I A R V M:

σεφαινηπλόκων ἔργον ἀκηρπον.

Oratio vana,

*Plut. de au-
dit. 72.*

ILLE florida & odorata sectantes folia opus pertextunt, iucundum illud quidem, sed diarium & infrugiferum: contra apes prata peruolitantes, violarum, rosarum, hyacinthorumque copia confita, thymo asperissimo insident, ex quo tamen mellis vberem copiam faciunt.

APODOSIS.

In dulces, sed infrugiferas orationes, quarum dictio, ut ait idem Plut. habet quidpiam ad decipiendum conducens, si rebus applicetur, suavis & copiosa, & cum fastu aliquo atque apparatu, sed omnis fructus, atque utilitatis est expertus: quare synce-

RUS

sus orator omittere debet florida, & luxuriosa verba, resque ad actiones scenicas, aut spectacula pertinentes, easque habere pro pabulo sophistarum, animo autem in ipsos orationis sensus penetrare.

LXXIII. SIMILAX.

Ambitio & deceptio.

SIMILAX planta est hederæ similis, perpetuò sursum tendens, subtilibus ramis, quæ proximè adstant, plantas comprehendens, maximè vero paliuros: ad eò ut illos quidem feriat, ipsa etiam suo tempore pereat. Huiusmodi erat Babylon, numquam non ad altiora volans, vndique potentia suæ retia extendens, ut deprimerentur ab ipsa comprehensi: comeditur tandem ipsa à Persis & Medis. At qui circumeunt mare & aridam, ut vnum profelytum faciant, ac postea ipsum filium gehennæ constituent, Similax fuerunt expansa, suffocans sub se comprehensos, ac velut ardua stipula, neque susceperunt descendentem pluuiam, neque aquam salientem in vitam æternam. Similaci etiam æquiparentur qui charitatem simulantes & complectentes per blanditias proximum, at quæ ad eorum perniciem faciunt meditantes. Absumetur tandem talis similax ipsa à se se: alter enim impostor ab altero fraudulentior capitur.

Theophyl.
in Naum
cap. 10.

LXXIIII. SISTRVM SCAMANDRINVM.

Tutela diuina, seu Crux Domini.

FERVNT in fluuio Scamandro herbam nasci Sistrum nomine, Erebintho non' ab similem, grana in se conclusa complexam, à quibus traxit & nomen. Eam si quis gestarit, nullis neque demonibus

ii §

neque

neque spectris terreri, Aristot. in veteri codice *πρό*
de fluminib. *Δαμ. α.* meminit quoque Plutarch. iunior.

APODOSIS

Tertull.

Diuinum præsidium significat, quo fulti mortales
 vana umbrarum terriculamenta, & dæmonum ludi-
 bria facillè contemnunt. Idcirco *ad omnem progressum*
atque promotum, atque omnem aditum & exitum, ad
vestitum & calceatum, ad lauacra, ad mensas, ad lu-
mina, ad cubilia, quocumque nos conuersatio exercet,
frontem crucis signaculo terimus.

LXXV. TELYPHONOS.

Virtus inuidia victrix.

Alian. de
 Animal.
 lib. 9 c. 21.

TELYPHONVM herbam Theophrastus narrat,
 si eam ad scorpj dorsum admoueris, statim pe-
 rire: *ὅτι παραχρημα αὐτὸς ὄσιν.*

APODOSIS.

Ouid. Me-
 tam. lib. 2.

Inuidi qui per scorpiones significantur, si se ad
 florentis hominis virtutem affricent, calumnijs ob-
 futuri, continuò ipsi contabescunt.

Sed videt ingratos, intabescitq; videndo
Successus hominum, carpitque, & carpitur una,
Suppliciumque suum est.

LXXVI. THEOMBROTION.

Cæli depositum.

Plin. lib. 24.
 cap. 17.

THEOMBROTION herba, quæ & Semnion à
 potentia maiestate appellatur, Pauonis picturis
 similis est, odore eximio. Hac à Persarum regibus
 comeditur, & bibitur contra omnia corporum in-
 commoda instabilitatemque mentis.

A P. Eucharistia & maiestate ampla est, & specie
eximia, vt quæ Deum continet, in quo thesauri om-
nes sapientiæ, potentiæ, pulchritudinis latent inclu-
si. Nullum autem alexipharmacum contra animi
morbos potentius, nullum dæmoni terribilius. D. *in Ca. ech.*
Chrylostomus πρὸς τοὺς μέλλοντες φωτίζων, vocat
ποτήριον Ἐφρικτὸν καὶ ποθῆς γέμον δυνάμιτος, καὶ τῆ
κτίσεως πμώτερον ἐχάτερας. *Poculum terribile, &*
multa virtute plenum, & utraque possessione precio-
sus.

LXXVII. THYMVM ATTICVM
VERNANS IN AFFLA-
tu maris.

B M. Virginis fauor.

Plin. lib. 21.
cap. 10.

A T T I C V M thymum ex quo apes mel laudatissi-
mum conficiunt, non durat nisi in afflatu ma-
ris.

A P. Nulla diu planta stabit in religione & cultu
Dei, quæ non afflatum Mariæ, id est, maris gratia-
rum accipiat.

via sola salutis.

Nec immeritò D. Damascenus eam φουσίωον & ἰω-
εδότιρον, κερην *Almam puellam, vitæ largitricem* no-
minat.

LXXVIII. TILIA.

Philosophia verbosa.

T I L I A cùm habeat calycem, & folia dulcia, ta-
men fructum eius nullum animal attingit. *Theoph. l. 1.
cap. 20.*
καὶ ἰδοὺ τὰ φύλλα γλυκεῖα, καὶ πολλὰ τῆν ἰσίων ἐσθίου. ὁ
δὲ κερπὸς οὐδὲν βρωτός.

A P. Tilia verbis abundantes, rebus infructuo-
sos significat.

Odi homines ignauâ operâ, Philosophâ sententiâ.

*Pacemissis
Sis.*

Ou. Fast. 5.

*Sic agitur censura. & sic exempla parantur,
Cum index alios quod monet, ipse facit.*

TVLIPA AD SOLEM.

Favor cœlestis,

Solemque suum, sua sidera norunt.

TVLIPA flos est, & visu iucundus, & insigni colorum pulchritudine admirandus, qui ad radios solares se se pandit: illis verò aut pluuiâ, aut tempestate occupatis, clauditur, & languescit. Eum principis syderis absentiam gemere diceret.

AFODOSIS.

Dicitur de favore superioris potestatis in inferiora: sic anima Christiani hominis Tulipæ instar est, quæ se ad Spiritus sancti radios explicat, iisdem absentibus contristatur. Tunc enim terra est inanis, & vacua, & tenebræ super faciem abyssi. Nota porro Tulipam Turcicum esse vocabulum: sic enim Dalmatæ, & Turcæ vocant pileum, seu amiculum capitis quod gestare solent, quod ei inuersi flores, isti aperti similes sint effigie: summo cauli insidet ille flos sursum spectans, sex foliolis sæpius constans, interdum septem aut octo: calathi, aut cyathi modo sese in fundo pandens, ex quo sena, aut totidem quot sunt folia, stamina erumpunt, modo lutea, modò pallida, modò nigricantia; pediculis etiam quæ stamina sustinent, mirum in modum colorem variantibus.

*Vide Ruel.
l. 15.*

LXXIX. VISCVM GALLORVM.

Eucharistia symbolum.

EST id rarum admodum inuentu, & repertum magna religione petitur, & ante omnia sexta luna, quæ principia mensium, annorumque his facit, & sæculi

ſæculi, poſt triceſimum annum, quia iam abundè
 vitium habeat, nec ſit ſui dimidia. *Omnia ſanantem* Pl. 1. 16. c. 44
 appellantes ſuo vocabulo, ſacrificijs epuliſque rite
 ſub arbore præparatis, duos admouent candidi co-
 loris tauros, quorum cornua tum primum vincian-
 tur. Sacerdos candida veſte cultus arborem ſcandit,
 falce aurea demetit: candido id excipitur ſago: tunc
 demum victimam immolant, præcantes vt ſuum do-
 num Deus proſperum faciat his quibus dederit. Fœ-
 cunditatem eo poteo dari cuique animali ſterili arbi-
 trantur, contraque venena omnia eſſe reme-
 dio.

A P O D O S I S.

Hac tabula Euchariftia rectè ſignificari poteſt.
 Panacæa ſanat morbos corporis, Euchariftia animi.
 Illa aditur cum victimis albis, hæc cum puris preci-
 bus; illa creſcit in quercu, hæc in vitæ arbore, imò
 ipſa eſt arbor vitæ: illa candido excipitur ſago, hæc
 munda conſcientia; illa aurea falce demetitur, hæc
 charitate decerpitur: illa denique fœcunditatem pa-
 rit animantium, hæc virtutum.

In eodem argumento eſt *Panis fœderis*.

Dæmon quippe ſacrorum & religionum ſimia, ve-
 nerabilis huius Sacramenti umbras in nouo orbe
 commentus deprehenditur: nam menſe Septembri
 & Decembri virgines Soli ſacras placentas quaſdam
 ex farina & ſanguine agni conſectas in particulas di-
 uidunt, & exteris qui fortè in aulam regiam veni-
 unt, quaſi magni fœderis cum *Inga*, hoc eſt, cum re-
 ge Sacramentum diſtribuunt; illi verò magna vene-
 ratione ſuſcipiunt, iurati ſe nihil contra Solem & In-
 gam molituros, atq; in ſuæ fidei & ſtudij pignus
 hunc panem fœderis recipere in medullis & viſceri-
 bus teſtabantur. Mittuntur deinde fauſta ad omnes
 Guagas totius prouinciæ. Ex lib. de ſtat. Imp. p. 307.

LXXXI. XAQUA.

*Effectus causa contrarius.*Oue^t. hist.
18.

XAQUA arbor Hispaniole, cuius fructus papaveris specie: manat ex ea pellucida aqua albicans, qua quicquid aspergitur, aut oblitur, nigrescit, aded vt nulla vnquam lotione emendetur.

APODOSIS

Causæ contrarios plerumque habent effectus, & ex albo nigrum oritur. Qui fit vt discipuli permulti limpidis doctrinæ fontibus irrigati non modò non albescant, sed inde plerumque deteriores fiant: nisi quòd ipsi naturæ prauitate corrupti, in prauam partem rapiunt omnia; atque cum ita fuerint affecti, difficili admodum negotio ad æquitatem mentis reuocantur?

Natura contraria legibus ibit.